



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien.  
I. C. Praestantissimi Volumen ...**

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo  
Iurisdictionum, Iudiciorum, & Criminum materias distinctè continens

**Bero, Agostino**

**Venetiis, 1577**

Consilivm XIII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96538](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96538)

9 Primo, q̄ ratificatio ualiditativa actus fieri debet integra, & eo tempore, infra quod actus erat celebratus, d. l. bonorum. cum si illa uero, quæ est noui iuris adquisitiua, potest fieri re deficiente integra, & post tē pus, infra quod actus ipse erat celebrandus, ut uoluit lac. But. in l. bonorum. C. qui admitti. Secundo, q̄ quando actus fit nomine absentis, & ad eius utilitatem, tūc statim, quo ille sciuit, & non contradixit, censetur eū actum habuisse ratum quoad effectum, ut ei ius dicatur perfecte, & iruocabiliter acquisitum, ut uoluit Bar. in l. qui enim. S. rem haberi. ff. rem rat. habe. ergo in terminis nostris statim, quo Thomas sciuit promissionem fuisse factam mediante stipulatione iudicis, & notarii, quoad effectum, ut sibi ius dicatur acquisitum, satis fuit ipsum quicunq; ratificasse, uel saltē sciuisse, & non contradixisse, ut ibi per Bar. Tertio, si de iure, & magis proprie, q̄ q̄ occasione p̄ctus inter alios factus per dispositionem legalem ius tertio re, uel ipse acquiritur, & non immediate, nec expressē ex dispositione contrahentium ad hoc tendente, tūc ab illo actu per contrahentes recedi non potest ad iudicium illius tertii, eo non consentiente, ita uoluit Bal. in l. constante. per illum tex. C. de dona. ante nup. & sequitur, multumq; commēdat Alex. in l. qui Romæ. S. flautus. col. ante p. in versi. nec huic membro. ff. de uerb. obl. Sed in casu nostro ipse Thomas fuit ius acquisitum ex contractu, seu stipulatione notarii, & iudicis ex una, & Vincentii ex alia, quia eius nomine fuit ius acquisitum non immediate ex contractu, & cōsensu partium ad hoc tendente, sed per legis dispositionē, quia ratione actus, seu contractus precedentis sua interfuit stipulationem dici eius nomine factam, p̄ ea;

10 quæ supra dixi, ergo &c. Quarto, q̄ id, quod fit mediante p̄cti noie alicuius, quamuis ad effectum ut illi acquiritur, ratificatio requiritur, ut supra, tñ ad interim pendente ratificatione reuocari non potest ad illius iudicium, & consequenter quoad eum, cuius nomine actus factus fuit de reuocabiliter acquiritur, quia illi nō acquiritur, nisi sequuta ratificatione, sed quoad eos, qui actum illius nomine fecerunt, ius absentis iruocabiliter dicitur acquisitum, quia nō possunt ad eius iudicium cōtrauenire, nec reuocare, ut est tex. cum gl. no. in l. si ego. ff. de neg. gest. Soc. in d. l. q̄ Romæ. S. flautus. in 6. conclusiōne, & in princ. col. pen. & hoc maxime procedit, ut dixi, q̄ absentis, cuius noie actus dicitur factus, ius fuit quæsitum non immediate ex dispositione contrahentium ad hoc tēdente, sed potius mediante legis dispositione, eiusq; interpretatione, put est in casu nostro, & supra dixi. Quinto reatione, q̄ tex quo interuenit iuramenti de nō cōtraueniendo in forma ampla, & generali, non potuit esse locus cancellationi, seu reuocationi instrumenti maxime ad iudicium Thomæ absentis absq; eius cōsensu, cuius noie etiam stipulatio facta fuit, & cui tē ius ex illa fuit acquisitum, nam q̄ iuramentum, q̄ hēt nim casus specielis. l. cum pater. S. filius matrem. ff. de leg. 2. & habetur per Alex. post alios in d. l. q̄ Romæ. S. duo fratres. loquendo de iuramento apposito in contractu diuisionis, in quo sunt apposta uerba generalia, quæ per se fideicommissi renunciationem nō important, sed propter iuramentum illi renūciatio dicitur, in ijs, in quibus aliàs reuocationi, & pœnitentiæ est locus, facit, quod non fit illi locus, ut est gl. singularis in l. si pecuniā. in prin. ibiq; Alex. ff. de cōdi. cau. data. & lo. de Im. in l. 2. S. sed si quis. ff. de don. Et quāuis dici possit, q̄ in casu nostro fuerit quidam contractus in nominatus, uidelicet facio, ut facias, quia do. Auditor relaxauit Saluatorem à carcere ad instantiā Vincentii, ut ipse Vincētius illum presentaret, prout promisit, tamen non fuit locus reuocationi, nec pœ-

nitentia primo ratione iuramenti, maxime ad pœnitentiam Thomæ, cui ius fuerat acquisitum ex stipulatione, ut supra, facta, quæ stipulatio etiam ultra iuramentum operatur, ut non fit locus pœnitentiæ, seu reuocationi, ut in l. ex placito. & in l. precibus. C. de rer. permu. & per Soc. in d. S. flautus. in fin. 6. conclusiōnes per d. l. ex placito. & benefacit ad p̄positum id, quod uoluit Bal. in l. pactum. in 9. q. C. de colla. dicens iuramentum obligare iurantem tertio absentis, cuius interesset, & cui ius esset quomodocunq; acquisitum ex actu, seu contractu iurato ad tradita p̄ gl. in c. quoties cordi oculus. r. q. 7. Et ex his uidet̄ optimē respōsum omnibus alijs, quæ in contrariū considerari possent, & ideo super illis aliter non insistendo concludendum esse arbitror ad fauorem dicti Thomæ, quod Vincentius teneatur presentare Saluatorem ad instantiam, & petitionem dicti Thomæ, & casu, quo illum non presentaret, ipse Vincentius teneatur non ad penam quinquaginta ducatorum promissam, sed solū ad interesse ipsius Thomæ. Et ita iudicandum, seu laudandum esse arbitror, saluo tamen cuiuslibet rectius sententis iudicio. Existimo tamen ipsum Vincentiū fore ab expensis absoluendum propter iustam causam litigandi, & præsertim ob elegantes, & subtiles iuris allegationes eximii aduocati ipsius, quæ profectō quemlibet doctissimum iudicare debentem uariare, ac titubare fecissent. Sed quia uero omnia consonat, falso autem omnia dissonat, ideo maturius considerando in hanc partem Thomæ fauorabilem inclinatu, quonia illi mihi & iustior, & magis æqua uisa fuit. Laus Deo.

S V M M A E.

- 1 Verba quatenus, & non aliter conditionem important.
- 2 Satisfactio de stando iuri etiam simpliciter præstita iudici incompetenti per eum, qui coram illo iudice conueniri non poterat, ipso iure non ualeat.
- Et iurisdictionem iudicis non sui non prorogat nu. 9.
- 3 Promissio de stando iuri non continet promissionem iudicatum solui, licet è contra secus sit.
- 4 Etiam si facta sit promissio de stando iuri in forma &c.
- 5 Abbreniatura & cetera comprehendit solum ea, quæ sunt de forma, & de substantia, ac natura eius, quod fuit expressum, & cui illa fuit adiecta.
- 6 Fideiussor, ac etiam principali promissor de iudicio fisci, & iudicatum solui non tenetur lapsa tempore, infra quod causa expediri debebat.
- 7 Appellationis causa deseritur per lapsum temporis ad prosequendum præfixi.
- 8 Causa deserta, & iurisdictione iudicis delegati extincta dicitur per lapsum temporis ad prosequendum statui.
- 10 Iurisdictione iudicis non sui per præfixionem termini ad prosequendum causam paribus presentibus, & acceptantibus factam prorogatur.
- Et eo elapso iurisdictione prorogata extinguitur nu. 12.
- 11 Fideiussio ad tempus prorogationis trahi non potest.

E P I T O M E.

PROMISSIO, & fideiussio pro forensi, & nullo modo subdito facta corā iudice ciuitatis de iudicio fisci in forma &c. & quatenus is de iure stare iuri teneatur, iudice illo incompetente existente, non ualeat. Et si ualeret, aut aliquo modo iurisdictione iudicis illius incompetens esset prorogata, ea extingui, & finiri dicitur, si causa infra tempus a iure, uel ab homine statutum expedita non esset.

CONSILIVM XIII.

**I**n presenti causa breuiter concludendum esse arbitror, iudicio saniori semper saluo, quod Ser Anselmus, qui pro domino Petro de stando iuri fideiussit, non teneatur, Cc 2 quia

quia ipse simpliciter, & pure non fideiussit, sed sub conditione, quatenus do. Pet. de iure stare iuri teneretur, & non aliter, ut in actis habetur, quae uerba conditionem important l. Stichum, qui meus erit, ibiq; habetur. ff. de leg. 1. Sed do. Petrus principalis nulla ratione tunc stare iuri in ciuitate Bononiae coram R. D. Gubernatore tenebatur, quia forensis erat, & fori in ciuitate Bononiae non forticatur ratione loci, nec originis, nec contractus, iuxta tex. cum ibi no. in c. fin. de for. cop. ergo ser Anselmus ex dicta promissione obligatus non fuit. Præterea satisfatio de stando iuri est simpliciter præstita iudici incompetenti per eum, qui coram illo iudice conueniri non poterat, ipso iure non tenet, quoniam sicut iudicium coram iudice incompetente factum est nullum l. fin. C. si à non compet. iud. ita satisfatio coram tali iudice præstita, ut est tex. ibiq; Alex. & alij in l. si fideiussor. §. si quis ex his. ff. qui satisf. cog. Sed R. dominus, coram quo dicta satisfatio præstita fuit, erat iudex incompetens domini Petri, qui erat forensis, & nullo modo subditus iurisdictioni ciuitatis Bononiae, nec dicti R. do. prout d. Petrus expressè opposuit, ergo &c. Rursus et do. Petrus promisit, in quantum de iure teneretur, de stando iuri, & iudicatum soluendo, nisi ser Anselmus eius fideiussor non promisit nisi de stando iuri in forma, & stant simul, quod principalis utrunq; promiserit, fideiussor uero alterum nisi, uidelicet de stando iuri, quae promissio de stando iuri non continet iudicatum solui, licet è promissio iudicatum solui contineat etiam de stando iuri, Pau. de Cast. in l. iudicatum solui. ff. iud. sol. Alex. in l. Julia nus. col. 4. ff. qui satisf. cog. sunt enim hæc inter se diuersa, ut est tex. not. ibiq; doctores maxime Pa. de Ca. in l. græcè. §. & post litem. ff. de fideiuss. ¶ Nec sub illis uerbis in forma &c. satisfatio iudicatum solui potest dici contineri, quoniam iudicatum solui non est de forma, nec de natura satisfactionis iudicio facti, sed alia est eius forma, & natura, ut probatur in locis proximè allegatis. cum ibi not. Et ¶ sub illa abbreviatura & cetera non continentur, nec extendi possunt, nisi illa, quae sunt de forma, de substantia, & natura eius, quod fuit expressum, & cui dictio illa & cetera adiicitur, ut ponunt scribentes in locis suis, & maxime in l. illa in stirutio, ubi Bar. Bal. & alij. ff. de hære. insti. & in l. Galus. §. idem credendum. ff. de libe. & posthu. Præterea ¶ quando lapsum est tempus, infra quod causa expedienda, & in ea procedi debebat, tunc fideiussor iudicio facti, ac etiam iudicatum solui amplius non tenetur, sed eius effectus finitur, & extinguitur Bar. in d. l. græcè. §. & post litem. gl. in l. pen. C. de fideiuss. & est tex. ibiq; Bar. & omnes in l. cum lite mortua. ff. iudic. solui. Sed partibus presentibus, & acceptantibus fuit assignatum tempus quindecim dierum ad prosequendam causam, infra quod nihil factum fuit, nec aliquo modo in causa processum, quinimo nec fuit processum in causa infra tempus instantiæ ordinariæ statutariæ, quod tempus seruandum est, nam quoad ordinariæ seruanda sunt statuta loci, in quo causa agitur, seu debet agitari, ut plenè traditur per doctores in l. cunctos populos. ubi Bar. Bal. & alij. C. de sum. trini. & fide catho. & per canonistas in c. 1. de consli. & in c. quod clericis. de for. comp. ergo dictus ser Anselmus fideiussor, in modo do. Petrus principalis amplius ex dicta promissione non tenetur. Et præmissa confirmantur ex ijs, ¶ qui habentur in c. personas. in c. cum sit Romana. in c. ex insinuatione. & in c. oblatè. extra de appel. ubi si iudex ordinarius, à quo fuit appellatum, breuius tempus, quod fit tempus iuris appellanti ad prosequendum appellationem statuat, & appellans infra illud non fuerit prosequutus, causa appellationis perit, & extinguit, seu desinitur in tantum, quod totum ius suum perire dicitur. Et ¶ si superior causam alicui committat, & tempus certum uel iudici ad finiendam causam, uel partibus ad prosequendum statuat, illo elapso, causa dicitur deserta, & iurisdictionis iudicis extincta. c. de causis. de offi. dele. ergo idem in casu nostro est dicendum. ¶ Nec prædictis obstat, quod licet do. Petrus non esset subditus, & consequenter satisfatio de iudicio facti, & iudicatum solui coram iudice incompetenti præstita, ut supra, regulariter non ualuerit, & ¶ per promissionem, & satisfationem de iudicio facti iurisdictionis iudicis non sui prorogari non dicitur, ut habetur per doctores in l. si conuenierit. ff. de iurif. om. iud. no. per gl. Alex. & alios in l. 1. ff. si quis in ius uoca. non ier. & ego soleo dicere post alios in cap. 1. de iudiciis: tamen ¶ ex quo post præstitam hanc promissionem, & satisfationem de iudicio facti ex interuallo partibus presentibus, & acceptantibus fuit assignatus terminus per Reueren. dominum quindecim dierum ad prosequendam causam, partes uidentur in iudicem consensisse, & eius iurisdictionem prorogasse, iuxta ea, quae habentur in l. 1. & 2. ff. de iudiciis, in d. l. si conuenierit. & in d. c. 1. de iudi. ergo promissio de iudicio facti effectum sortiri debet etiam contra dictum ser Anselmum. Quia adhuc respondetur primo, quod assignatio termini facta fuit ipsis partibus, & non ser Anselmo fideiussori, quem non apparet tunc fuisse presentem, nec acceptasse, & in dubio præsumendum non est, ipsum illi actui interuenisse ad ea, quae habentur in l. si ita stipulatus. §. Grifogonus. ff. de uerbo. obli. Et ideo ser Anselmus, qui die 2. Junii fideiussit, non potest dici iterum fideiussisse tempore prorogationis factæ per dominum Petrum die 19. Junij, nec ¶ fideiussio per ser Anselmum facta potest ad tempus prorogationis trahi, argumento l. item queritur. §. qui impleto. ff. locati. Secundo respondetur, quod ¶ prorogatio iurisdictionis dicitur facta per quindecim dies datos ad prosequendum, ergo illis elapsis iurisdictionis prorogata censeatur finita, & extincta, argumento d. c. de causis. iunctis ijs, quae habentur in cap. P. & G. de offi. deleg. & consequenter dicitur extinctus, & finitus effectus satisfationis, & promissionis de iudicio facti, ac etiam iudicatum solui. d. l. cum mortua. ibiq; doctores, & habetur per Bar. in l. græcè. §. 1. cum similibus supra allegatis. Ex quibus inferitur, quod posito etiam, sed non concessio ser Anselmum fuisse presentem, & acceptasse terminum quindecim dierum, tamè ex quo iura illum terminum nihil factum, nec in causa processum fuit, quinimo nec infra tempus instantiæ statutariæ, nec infra biennium, sequitur, quod amplius ex illa sua fideiussione obligatus dici non potest per supra dicta. Hæc sunt, quae nunc mihi serè ex tempore ad fauorem ser Anselmi breuiter dicenda occurrunt. Laus Deo.

## S V M M A E.

- 1 Agens contra aliquem tanquam heredem debet probare illum esse heredem, alioquin succumbit.
- 2 Agens contra possessorem, uel detentorem debet probare illum possidere, uel tempore litis motæ possedisse, si reus id neget.
- 3 Agens remedio. t. reme. grada. 3. q. 1. debet probare aduersarium possidere.
- 4 Ex codicillis oritur actio personalis, & non reali.
- 5 Ad legatum continens factum, & non rem competit actio personalis ex testamento, & non rei uenditio.
- 6 Actio personalis non sequitur possessorem, nec rem, sed personam obligatam, eiusq; heredem.
- 7 Dari rem, & tradi rem sunt diuersa.
- 8 Petens unum, & aliud probans succumbit.
- 9 Ad dandum, ad uendendum, & ad tradendum teneri, sunt diuersa.
- 10 Contra obligatum ad dandum, seu uendendum non potest agi ad tradendum simpliciter, nec ad plus re, uel causa.

Traff

- 11 *Trasitum an sit in obligatione ex contractu emptionis, & uenditionis, an uero ex alia simplici promissione, logè differt, et quomodo.*
- 12 *Verba ablatiui absoluti in ultima uoluntate conditionem faciunt.*
- 13 *Satisfacere, & satisfieri quando, & quomodo dicatur.*
- 14 *Ex contractu ultro, citroq; obligatorio non potest effectualiter agi, nisi ab eo, qui totum contractum pro parte sua adimpleuit, nec sufficit in parte tantum adimplere, aut uerbaliter offerre se paratum adimplere.*
- 15 *Contra obligatum ad rem tradendam ex contractu emptionis non potest agi, nisi toto pretio, non aut in parte realiter soluto.*
- 16 *Ex contractu inominatis maximè do, ut des, non potest ab altera parte agi, nisi contractus fuerit prius pro parte sua adimpletus.*
- 17 *Promissa de uendendo, aut dando rem ob certam causam, uel conditionem dicitur contractus inominatus, & ex ea oriatur actio prescriptis uerbis.*
- 18 *Scriptura, & chyrographum alicuius quomodo probetur. Et quid, si ille sit mortuus.*
- 19 *Scriptura priuata quando per confessionem, & recognitionem partis plenam fidem faciat.*
- 20 *Scripturam esse alicuius non probatur ex eo, quod quis se ad illam referat, nisi producat, & probetur eam ab illo factam fuisse. Scriptura faciens mentionem de alia an, & quando fidem de illa faciat.*
- 21 *Confessio debiti facta à testatore, prout in tali scriptura, an probet debitum, seu scripturam debiti.*
- 22 *Quid, si testator se debere iurauit.*
- 23 *Prescriptio nulla cum mala fide, & scientia rei aliena procedit maximè hodie de iure canonico.*
- 24 *Obligatio, seu actio personali ex testamento non prescribitur, nisi spatio triginta annorum.*
- 25 *Tempus aduersus pupillos, & ignorantes non currit.*
- 26 *Prescriptio ex scientia, & dispositione noua supervenienti interruptitur.*
- 27 *Aduersus prescriptionem minores, & ignorantes restituntur. Et quando hoc sit uerum num. 48.*
- 28 *Testator si pro exoneratione conscientie mandat sua debita solui, etiam debita prescripta solui debent, & nu. 49. & 51. ubi id declaratur, & limitatur.*
- 29 *Fideicommissum sub conditione liberorum legitimum, & naturalium factum euanescit per ingressum, & professionem religiosam, & nu. 41. & 53. ubi declaratur, & limitatur.*
- 30 *Alienatio promouens ex facto, & uoluntate testatoris non dicitur contra fideicommissum fieri.*
- 31 *Actio omnis personalis solum spatio triginta annorum tollitur.*
- 32 *Hæres ignorans potest cum bona fide prescribere, quamuis desinitus propter malam fidem, & scientiam non possit.*
- 33 *Prescriptio legitima proxtus omnem actionem, & obligationem quoad totalem eius effectum tollit adeo, quod iudex ex officio potest agere, contra quos ea obstat, repellere.*
- 34 *Pactio de retro uendendo, seu uendendo prescribitur spatio x. annorum. Et quando spatio triginta nu. 36.*
- 35 *Decenniū cursus arguit quem de negligentia, & culpa.*
- 36 *Angelus consil. 3. & loquentes de prescriptione aduersus pactum de Pet. de Ancha in consil. 3. 1. uendendo, seu retro uendendo declarantur. num. 55.*
- 37 *Conditio potestatiua, & ad implendum facilius non impleta, quamprimum potuit, talem moram inducit, que non potest purgari, & post illam agendi facultas non competit.*
- 38 *Hæres institutus ab aliquo, si hereditatem non adiuit, nec uult adire, non potest tanquam hæres illius grauari, aut conueniri.*
- 39 *Actio personalis ex codicillis, uel testamento oriens non datur contra singularem successorem, seu simplicem possessorem.*
- 40 *Possidere quis in dubio presumitur ex causa, & titulo preambulo.*
- 41 *Statuta prescriptionem iurium, & actionum inducunt propter bonum publicum, & negligentiam non petentium seruantur, sine debito sciat se esse debitorem, sine non.*
- 42 *Prescriptio debiti quando et cum scientia debitoris possit procedere.*
- 43 *Prescriptio etiam contra ignorantes currit.*
- 44 *Prescriptio relatiua, & demonstratiua alterius obligationis deficit, quando obligatio relata, & demonstrata non reperitur, nec probatur esse in rerum natura.*

- 45 *Prescriptio potest interrumpi, dum currit, non autem post, quam perfecta est, & finita.*
- 47 *Prescriptio bona fide completa ex supervenienti mala fide non interruptitur.*
- 50 *Clausula in fine posita quando refertur ad omnia, & quando secus.*
- 52 *Testator si leget Titio decem, que illi debet, quando ualeat legatum, etiam si re uera non deberet.*
- 54 *Fideicommissum uniuersale factum de omnibus bonis, iuribus, & actionibus comprehendit bona omnia existentia in hereditate, & dominio testatoris, & ab eo possessa tam tempore testamenti, quam mortis ipsius, etiam si illa oneri uenditionis, & donationis supposita essent. Et si ante, quam dies fideicommissi uenerit, & ceaserit, onus illud ceaserit, & extinctum fuerit, bona absque illo onere sub fideicommissio comprehenduntur.*
- 55 *Iuramentum perpetuat obligationem.*
- 56 *Dandi obligatio continet ius, & non factum. Et obligatus tenetur precise ad dandum. Quod limitatur nu. 63.*
- 57 *Vendere qui tenetur, ad factum tenetur. Et soluendo interesse liberatur. nu. 68.*
- 58 *Ad factum qui tenetur ex dispositione testatoris, cogitur precise facere. Et quare nu. 65. Fallit nu. 64. Idem, si teneretur ex dispositione legis, et nu. 64. ubi id limitatur.*
- 59 *Idem, quando factum potest momento, & facillimè explicari. Contra nu. 67.*
- 60 *Ad tradendum ex contractu emptionis obligatus cogitur precise tradere, si facultatem tradendi habeat. Et quando, & quomodo hoc procedat. Et quomodo soluendo interesse liberetur nu. 70.*
- 61 *Dispositio hominis, et legis simul fortior est, quàm quilibet de per se. Et quomodo hoc procedit nu. 71.*
- 62 *Ad tradendum principaliter, & merè obligatus soluendo interesse liberatur. & nu. 69. & 70.*
- 64 *Ad factum obligatus ex dispositione testatoris subrogata in locum obligationis ex conventionione partium descendens non tenetur precise facere, sed soluendo interesse liberatur, sicut è contra, quando quis tenetur ad factum ex obligatione hominis subrogata in locum obligationis legalis.*
- 66 *Ad opus qui tenetur ex pollicitatione, uel promissione, soluendo interesse non liberatur.*
- 71 *Connexio aliquorum consideratur, ut magis operentur, quando conexa ad unum, idemque tendunt, secus, si ad diuersa.*

E P I T O M E.

AGENTEM, non probatis, nec adimpletis pro parte sua probandis, & adimplendis, succumbere debere, & reum absolendum esse.

Et prescriptionem debiti, ac obligationis per decennium à statuto inductam agentibus obstat, & per tale tempus pacto de uendendo, seu retro uendendo prescribitur.

Et soluendo interesse liberari illum, qui esset obligatus, siue ad dandum ex chyrographo, & promissione, siue ad factum ex dispositione testatoris, siue ad tradendum simpliciter, in hoc consilio plenè demonstratur.

C O N S I L I U M X V.

**M**isa petitione Egani, Aldraghetti, ac Guidonis antonii de Labertinis, uisusq; codicillis Vlyxis, & quodam scripto, ut afferit, facto, & scripto per olli Guidonem antonii de Labertinis patrem dicti Vlyxis, & comitis Corneli, ac uiso et toto processu, & consideratis considerandis, plura discutienda se offerunt. Primū, quod pro parte agentium probari, & adimpleri debuerint. Secundū, dato, quod requisita probata essent, an comes Cornelius aliqua prescriptione se tueri possit. Tertiū, presupposito nullā obstatere prescriptionem, an possit precise cogi ad tradendum, & relaxandū, an uerò soluendo interesse liberetur. Quoad primū cōcludo plura debuisse pro parte ipsorum agentium probari, & adimpleri, quæ tamen ab illis omissa fuerunt, & ideo succumbere debent: in primis enim constare debuit comitem Cornelium fuisse,

at, & tem  
uel par  
causa di  
c. de cau  
dicendi  
us non esse  
icio fisti, &  
nti præli  
er promif  
fictio iur  
tur per do  
no. per gl  
ier. & ego  
ramen ex  
fati datio  
presentis  
per Re  
ro sequen  
nonsensile,  
que habet  
merit. & in  
effectum  
mū. Quia  
io termini  
fideiusso  
nec acce  
ipsum illi  
ita stipu  
ed ser An  
est dicit  
ta per do  
fio per ser  
ationis tra  
eto. ff. loca  
tio iurifid  
atos ad pro  
prorogata  
c. de causis  
offi. deleg.  
us effectus  
ti, ac etiam  
otores, &  
libus supra  
etiam, sed  
tem, & ac  
mè ex quo  
causa pro  
stantiæ  
quod am  
no potest  
re ex tem  
nda occur  
are illum ef  
robare illum  
id neget.  
aduersarium  
ctio persona  
ed personam  
um diuersa.  
est agi ad tra  
Tradit